tura vita cum omnibus Sanctis per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum obtinebis.

Cui cum Patre & S.S. ſit gloria poteſtas & imperium æternùm! amen!

DOMINICA XXXVII.

Ex Quæſt. 96. & ſeqq.

JEHOVA RITE COLENDUS ubique.

TEXTUS Deut. 4, 15. & ſeqq.

Verſ. 15. Quamobrem cavebitis vobis ipſis valde, nam non animadvertiſtis ullam ſimilitudinem, quo die allocutus eſt Iehova vos in Chorebo è medio illius ignis:

verſ. 16. Ut non corrumpatis vos & faciatis vobis ſculptile ſimilitudinem ullius ſimulacri; formam maris aut fœminæ.

verſ. 17. Formam ullius animalis quod ſit in terra; formam ullius avis alatæ quæ volat verſus cœlum,

verſ. 18. Formam ullius repentis in terra, formam ullius piſcis qui ſit in aqua ſub terra.

verſ. 19. Et ne ſublatis oculis tuis verſus cœlum quum aſpexeris Solem aut Lunam aut ſtellas, ullam rem exercitus cœleſtis, tum im-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn335896138/863
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft